SAMMELHANDSCHRIFT

Stams, 1. Drittel 15. Jh. datiert T. I: 1427; T. II: 1432 Seite 320v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31290
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

in maioribus festis cantoribus vel legit lectionem
in matutinis vel epistolam in missa vel cantat versum
et huiusmodi. Item plene operitur quando cum legitur evangelium
in missa vel matutinis. Item ad magnificat ad
benedictus ad nunc dimittis et in tota oratione que
fit ante altare. Item nullus unquam in choro audeat
sedere nisi quando solitum est propter alios fratres. Item si
indigeat petat licentiam et in fine omnium sedeat
ut non det aliis impedimentum. Item post officium
nullus audeat ingredi chorum sedendi aut
dormiendi causa quia ibi domus orationis est inquantum
capitulum vero et propter accidencia que solent
etiam valentibus evenire in sompnis//

Quando caput debeat plene discooperire

Quia divinum officium ut predictum est tractatio
eius et ad id videtur dispositio capitis per-
tinere ideo sciendum quod caput plene discoperien-
dum est ab hiis qui ante medium altare aliquid
incipiunt legunt vel imponunt. Item ad secreta
orationem in missa et eius complecta. Item ad lectionem
evangelii. Item quando abbati aliquis loquitur
vel petit aliquid ab eo donec iubeat suppe-
ditare cum honore obedire vel veniente
abbati exhibere deo exhibendum ut in libro
loci regule patet. Item in elevatione corporis domini